



Congratulatoria Carmina.

AD EXCEL-
LENTEM VIRTUTIS
ac doctrinae ornamentis Iuuenem
CHRISTOPHORVM SCHVT-
PACHERVM E RAVRIS,
cum gradum Doctoratus Philo-
sophici in Celeberrima In-
golstadiensi Academia
publicè conseque-
retur.

AUTHORIBVS

Valentino Rotmaro Salisburgensi.
Philippo Menzelio Sandsehenfi.
Ioanne Vuolfgango Freymanno:
Gabriele Mairuuisero Anrasatenfi.

*Ingolstadij excudebant Alexander &
Samuel Vuciffenhornij.*

ANNO M. D. LXV.

VALENTINI ROTMA-

ri in Zoilum τετράσιχον.

Non hæc nasutis, non hæc tibi Zoile scri-
pta,
Non, qui cuncta, tibi, Mome superbes notas.
Hoc quia sed dulci meditati carmen alumno,
Quisquis es, insano ne pete dente melos.



ΠΑΝ ΔΙΚΟΛΟΣ ΤΕΤΡΑΣΤΡΩΤΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ
Τῶ ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΥ ΣΧΙΤΗΡΑΚΧΗΡΟΥ
ἐπείνεσιν αὐτοχέδιασμένη, διὰ τῶ
ΡΟΤΤΜΑΡΟΥ ἑλοπυργαίῃ.



οὐσάωμ ὦ καλλιόπῃ ἄνασσα,
ἡδύμομ κῆρ λάβε χῆρ, πλέκτρον,
καὶ μελωδ' ὄντι γλυκερόμ μελικτᾶ
μέτρον ἐνίσσε.
λαμπρόμ δ' οὐλύμω ἀνατέλλετ' ἡμας.
ἡμας, οὐ ἐυσσημότερον πέφανται
οὐδ' ἐρ μακρῶ φιλεοστερόμ τε
λάμπετο χερδνῶ.

οὐραρ' αὐδέεικ' ἀνακνῶτετ' ἦωρ
ὦ γέ ΣΧΙΤΗΡΑΚΧΗΡΕ πόνωμ ἀγάνα
μῶδ' ἀμείβασιν γέρας ἄξιον σοί,
Δώρατε πολλὰ.

ἐξοχὰς ἰσθ' δ' ὠατοὶ λυκάιῃ,
κρείσσονας γὰρ ὦν πολὺ ταντάλοισ,
σθ' μακροῖς τιμὰς καματῶις νέμασιν
εὐμενέοντες.

ἀηλαδ' ἡ τῶς ἀμφιβόλ' ὄρα τε κόλ' ὠρα
πᾶρ τε τῆς κόμπτης λογικῆς τὸ πλέγμα,
ἐκτόσωμ ἡδ' ὠεπῶμ ρέεθρα
πάντα μάθησώ.

καὶ δ' ὠασείας φυσί' ὠ κρυφαίῃς
ἀκρίβως πρᾶξας ἡδ' ἀναχάλευσας,
ἀς κερ' αὐτ' ὠγεῖ ὠ πῶμας θεμ' αἶας,
καὶ ἐπάνωσι.

αἰθερίον θυμῶ ἀνάβησ' ὀλύμ' ὠμ,
ἀτρεῖν τῶμ φαινομένων ἀλινδ' ὠμ
ἡλίσ ἡδ' ὠμυχνίῃς ἑλημ' ὠμα
ὠερίδ' αἰνῆς.

ἐγκρίτ' ὠ πᾶσα ἐπ' ὠδ' ὠ ἀρίθμ' ὠμα
μυσικῆς ἡδ' ὠμ μέθομ ἐπ' ὠδ' ὠσκη,
μυσικῆς, ἡ τῶς τε θεοῦ βροτῶς τε
τέρπει ἀλείν' ὠμα.

A ij

ὠ γάνοις

Οργάνοις ἡδὴ σὺ δ' ἐδάωξ' ἀείδων
 Εἴτε τὸν μέλ' ἄθανάτων ἀγῶνα
 Εἴτε εὐφραίνει μερόπων τὰ θίβρα
 Ἀσμάσιν ὦτα.
 Δικαίοις τόινυν γέρας ἀγλαΐῃ.
 Τῶν γε ΣΧΥΤΠΑΚΧΗΡΕ κλεός τ' αἰοιδῶν
 Σύντε τῷ φοίβῳ θεῷ ἐπ' ἰατέχνα
 Μῦσαι ἔρυσιν.
 τοιγαρὲν χαλκευσάμεν ὧ δ' μῦθῳ
 Εἰκαστῷ τόν τ' ἀσερόεντ' Ὀλυμπον,
 ὅς τε τὸ κόσμ' ἄωνοα καὶ πνέοντα
 τέυξατο πάντα.
 Δεξιῷς ταῦτα νεάνισκε τιμάς
 Ὀλβιάζωμοι, πυλὶς γέροντος,
 Φοῖνιξ ὅτλην ἡλικίαν, σιβύλλης
 Ζῶαν ὁπάσῃ.

DISTICHON, CVIVS LITERÆ
 numerales collectę constituunt annum quo
 natus Christophorus Schützpacher.

CAROLVS Vt Caesar n̄ pas prop̄e fVLMINat ISTRi
 SCHVTPACHER parVVs VagIt orbe pVer.

Annus ætatis & promotionis.

VIX VItæ trIa LVItRa CapaX aCqVat tVor annos
 SCHVTPACHER SophIæ ferta sVpreMatVLit.

ELEGIA

ELEGIA EN- COMIASTICA, AVTHORE Philippo Menzelio Sandsehenfi.



*N*sc læta dies foelicibus exerit
 (astris.

Cynthie cum Musis ex Heli-
 (conueni.

Sacra, Deæ, nobis, tibi Cynthie sacra parantur,
 Quæ fieri sexto non nisi mense solent.
 Hûc igitur citharas, festiuâq; carmina defer:
 Digna redit citharis carminibusq; dies.
 Non ego, sed uirtus hûc te uocat: illa triumphum
 Apparat: illa tuæ munere laudis eget.
 Illa novos titulis, quos promeruere, Magistros
 Ornatura tuam, Phoebe precatur opem.
 Atq; suam miles si testificantia laudem
 Præmia, deuictæ uictor ab hoste, refert:
 Cur non qui Musis pugnauit & auspice Phœbo
 Schützpacherus ouans parta trophæa ferat?
 Ipse quidem nosti, quàm strenuus ille satelles
 A puero castris militet inde tuis.
 Scilicet ingenij uer est breue, flosq; caducus,
 Primaq; lux nobis optima quæq; fugit.

A ij Id

Id bene perspicuens hic tum uernantibus annis,
 Temporis egregie parcus amator erat.
 Ad Musas illum tum mens generosa traherat,
 Tum generis uiuax nomen, honosque sui.
 Namque quid Iliaden laudum decorisque paterni
 Ordinar? hoc, Soli tradere lumen, erit.
 Nil præconis eget genitor, celeberrimus ipse,
 Ac tot principibus cultus amore uiris.
 Is quia scrutandis pollebat ab arte metallis,
 Et quæ fossori terra benigna foret:
 Mox Salzburgiacam dein est ascriptus in urbem,
 ERNESTO regnum sub duce quando fuit.
 Iamque uiri uarias hæc fama perambulat oras,
 (Fama diu siquidem nulla latere potest.)
 Anno 1538. Marchio nunc, Saxoque ferox, illumque Bohemus
 Suscipit, atque parem Misnia sentit opem.
 Unus enim terræ mores cuiuslibet ille
 Norat, et abstrusi munera quæque soli.
 Anno 1549. Id propter populos Italæ telluris alumnos
 (Tam late celebrem fama ferebat) adit.
 Anno 1550. Poscitur hinc Fernande tibi, Rex maxime regum:
 Virtenbergiaco poscitur inde Duci.
 Anno 1551. Quid? quod lustrauit Veneti consinia regni,
 Anno 1553. Atque Tyroliadum, sæpe petitus, agros:
 Anno 1556. Quodque bis hic à te, Dux, est, Alberte, uocatus,
 Anno 1560. O Dux Pierij stella serena chori:
 Anno 1561.

Ac

Ac demum syluis rector, pariterque metallis
 Præsule sub gemino quod datus ille fuit?
 Nec reliquas dicam, quibus est laudabilis, artes
 Maior enim numeris res foret illa meis.
 Iam si maternam libeat percurrere stirpem,
 Non minus est titulis conspicienda suis.
 Hæc Hala progeniuit rapido quæ cingitur Oe-
 Hic, ubi Fiegerij nominis aura uiget. (no.
 FIEGERIUS Musasque colit, Musasque colentes Georgius Fie-
 Et colit et sumptu diuite sæpe iuuat. ger iunior,
 Laudibus hunc alias celebrare Thalia memeto, Archiducis
 Nunc mea susceptam, Pieri, carpe uiam. Ferdinandi
 Quattuor illa fuit germanis fratribus aucta, Consiliarius,
 Militia claris conspicuisque toga. summusque sa-
 Equis enim nescit Basilei nomina PRÆUNI? linarum præ-
 Quattuor ex illis hic mihi primus erit. fectus.
 Namque quod humana mens huic sublimior esset,
 Incubuit studiis dia Mathesti tuis.
 Naturæ porro cupidus mysteria nosse,
 Conuehit herbarum, quod licet, omne genus.
 Illius hinc claret magnis authoribus Hortus,
 Teutona cui paucos educat ora pares.
 Christophorus sequitur, nec non Georgius, et qui
 Cæsareum stipas inclute Paule latus.
 Utque fori reliquos umbratilis illa palæstra,
 Sic te campestris Martia pugna iuuat.

At

*A*st ego si uernos potero subducere flores,
 Et quot in *Hybleo* monte uagantur apes:
 Tum quoq; cōfidam, quod *SCHVTP* Pachere
 Ire per et titulos, totq; per acta queā. (tuorū
A c uelut hi decori tibi, præsidiq; fuere,
 Ex te sic illi quo decorentur, habent.
 Deniq; nobilitas hæc est, cum *Stemmatis* ortum
 Illa potens uirtus adiuuat ipsa comes.
 Cætera nunc mitto quæ sors regina gubernat,
 Quod laudis tribuant dedecorisq; parum..
 Pectoris ad dotes, bona non pereuntia, uertor:
 Quarum, quam dederint, gloria sine caret.
 Cum puerilis adhuc igitur se promeret ætas,
 Sedulus *A*onidum iam uenerator erat.

Velacum in su
 periori Cha
 rinthia.

*VELACI*q; puer primas ubi cōbibit artes,
 Quas penes est iustis neclere uerba modis.
 Post uallata suis nebulosa *IVVA* la saxis
 Excipit, & *Clariæ* neclare pascit aquæ.
 Hic iterum dociles animi cultoribus aures
 Præbet, hyems donec quinta peregit iter.
*U*t sileā quod ibi sub præceptore *GLANE*.
 Ingressus fuerit *Musica*, dona Deūm. (RO
 Hinc, quos harmonico modulantur gutture, can-
 Quale uel *Orphææ* concinuere manus: (tus,
 Hinc quoq; quod digitis salientib. organa pulsat,
 Ut melius nemo præstet utrunq; simul.

Casparus
 Glaner.

Talia

Talia per lusus oblectamenta petebat:
 Hæc requies illi grata laboris erat.
 Quippe leuat fessas dulcissima *Musica* mentes,
 Et curas animo longius ire iubet.
 Nec puduit magnum, qua uincitur *Hector*, *A*.
 Hæc ipsa citharam sollicitare manu. (chillē
 Nec puduit regem, iuueni cui paruit orbis,
 Hæc uacua curis otia mente sequi.
 Orphea quis nescit, cui non est notus *A* rion,
 Quos *Symphoniacus* tollit ad astra choros?
 Ille feras, fluuiosq; chely, syluasq; ciebat,
 Et *Stygios* faciles in sua uota Deos.
 Huic *Citharæ* sonitus & fila canora dedere,
 Pisce per æquoreas ut ueberetur aquas.
 Interea (quoniam lex funeris omnibus una)
 Debita uirtuti transit ad astra, pater.
 Qui licet iniecta placidus tellure quiescat,
 Perpetua certē nobilitate uiget. (parente
 At tibi cum charone *SCHVTPA* chere
 Occiderent *Musæ*, munera blanda, tuæ:
Hercinijs ideo syluis confine *Lyceum*
 Visis & ad *Musas* te, tua pensa, refers.
 Hic ego quid memorem præstantes arte *Magi*.
 Qui *Sophiæ* fontes exhibuere tibi? (stros
 In quib. ille fuit quē *GLA* rea nomine signat,
 Cuius ab exequijs fama superstes adest.

Anno 1561.
 ultimo Se
 ptembris.

Anno 1562.

Henricus Lo
 ritus Glarea
 nus P. L.

B Illius

Illius Ambrosio pendebas totus ab ore,
 Cum uatis Lyrici prosequeretur opus.
 Et cum monstraret scite praecepta canendi,
 Atq; quis Aeolicus sit, Phrygiusq; modus.
 Huic comes Hartungius nostris quæ Græcia ter
 Inuidet ex cælo Teutonis ora uenit. (ris
 Post Euclidæ princeps Schreckhufsius artis,
 IMENHaberus adhæc, hinc alijq; patres,
 Usus es his, quos ceu miracula suspicit orbis,
 Ingenij ducibus præsidibusq; tui.
 Hisq; tuos etiam iuuere fideliter ausus:
 Et tibi non tardè laurea prima datur.

Anno 1563. Laurea prima datur, sed et altera laurea restat,
 Amplexura tuum fronde decente caput.
 At quia Musarum fora conticuere repente,
 Tristis in attonita dum furit urbe lues:
 Temporis huc igitur sors hanc reiecit iniqua,
 Quam tibi nunc tandem lux hodierna parit.
 Nempe nec immerito, quis enim te iugiter auctum
 Omnigena rerum cognitione negat?
 Namq; Mathematices per amena rosaria tan-
 Deducam laudes, dulcis amice, tuas. (tūm
 Scis benè, stellarū quos quæq; recurrat in orbes,
 Et quas obseruent illa uel illa uices,
 Scis benè, quæ surgat uel quæ cadat acta sub un-
 Quodq; sit innocuū, quod nocuūq; tubar. (das.
 Non

Non tibi Solis iter, non est incognita Lunæ
 Semita, non Martis Mercurijq; domus;
 Nec te Falciferi fatalis præterit ignis,
 Quidq; uebat Cypriæ stella, luansq; pater.
 Quin etiam casus, hominumq; latentia fata
 Diuinas, uarij pro ratione poli.
 Adde quod et radio describere gentibus orbē,
 Et loca metiri qualiacunq; potes. (hortos
 Præuius hos iterū te NORNBERgerus in
 Duxit, syderea clarus in arte senex.
 Ille uiam fabricasq; tibi patefecit abundē,
 Ex quibus astrorum notio prompta uenit.
 Desino plura loqui, quis enim iam plura requirat?
 I, pete uirtutis præmia iusta tuæ:
 Atq; triumphales circum tua tempora lauros
 Accipe. Dij faciant hic bene cedat honos.

ALIA GRATVLATIO,

Ioannis VVolfgangi Freymanni.

Romulea quondam mos est celebratus in urbe
 (Ceu nobis ueterum scripta probata fe-
 Ut qui uictrici coepisset moenia dextra, (runt.)
 Solueret aut patrios obsidione lares.
 Auferret partæ meritißima præmia laudis,
 Et fieret gestis notus in orbe suis.

B ij Atq;

*A*tq; triumphali capitolia ad ardua curru
 Iret, Romana septus ubiq; manu.
 Scilicet ut digni meritum sequerentur honores,
*A*dderet atq; animū gloria parta grauem,
 Deniq; lethiferi tolerata pericula Martis
 Pensarent meritis dona relata uiris.
 Sic quoq; difficiles Parnassi scandere colles,
 Musarum possit quo studiosa cohors:
 Præmia difficili coniunxit grata labori
*A*onij dudum turba nouena chori.
 Dulcia quis patriæ defendere limina? quis nam
*A*udaci uellet pectore castra sequi?
 Deniq; quis Sophiæ tanto præcepta labore
 Discere, & *A*scræas uellet adire Deas?
 Gloria si cesset, si desit fama, decusq;
 Si quoq; uictores præmia nulla ferant.
 Idcirco ueterum sententia uera sophorum,
*A*rtes quod solo uiuere honore uolunt.
 Ipsa etenim summas animo dat gloria uires,
 Hinc quoq; laudis amor corda disertafacit.
 Ipsa leues reddit sudatos sola labores,
 Et pellit stimulis otia blanda suis.
 Cui pius *A*eneas, Ithacus cui notus *V*lysses?
 Quis sciat *H*ectoris mænia capta soli?
 Spartanæ faciem, Pelidæ prælia, seuam
 Cognosset mortem quis *T*elemone sati?

*S*inon

*S*inon diuini nunquam moritura poetæ
 Spectassent famæ præmia quisq; suæ.
 Nominis ergo fouet spes doctas unica Musas
 Et peperit fortes unica sæpe duces.
*H*æc etiam tantos te *SCHIZ*ipachere labores
 Spernere, et hæc *C*larium iussit adire iugum.
*V*t, postquam duro superasses tramite callem,
 Palladis & summa uictor in arce fores.
 Præmia Nestoreos caperes mansura per annos,
 Donaq; non ullis interitura rogis.
 Scilicet eximiam circum tua tempora mitram,
 Mentis ubi nostræ dicitur esse domus.
*H*inc gemmam firmi (quo te *S*apientia iunxit)
 Connubij, clari nominis atq; notam.
 Deniq; *P*ierij præstantia pignora cætus,
 Doctorum laudes, iudiciumq; uirum.
 Ergo hodierna uagi cum reddant lumina phæbi
 Debita uirtuti præmia cuncta tuæ:
 Hos tenui meritos, quamuis agrestis, honores
 Cærmina gratatur nostra camœna tibi.
*V*tq; tuis optat diuino numine coëptis (se uelit.
OPTIMVS atq; idem *SUMMVS* ades-
 Sic poteris laudes multum cumulare paternas,
 Et poteris patrium sic reperare decus.
 Deniq; sic rutili uolitabis ad aurea cœli
 Sydera, sic nomen uiuet in orbe tuum.

B ij *A*onides

Aonides uos ô Musæ, Clariæq; Sorores,
Diuæ Pegasides, Pieridesq; Deæ.
Castali j gustanda mihi date pocula fontis,
Humectetq; sacer pectora nostra liquor.
Regia quiq; tenes in turbam scæptra nouenam
Inclyte Cyrrhæi præses Apollo chori,
Solue meæ mutæ titubantia uimina linguae,
Tangedq; raucisonæ dissona plectra lyra:
Omine quo placido queat hoc mihi surgere carmen
Prodit in his primum quo mea Musa locis,
Hic ubi clara ducis Boiorum mænia lambens,
Ornat Apollineas proximus Ister aquas.
Rus ubi Thespiacum, tellusq; dicata camænis,
Vndiq; multi iuga nobilitate potens:
Multiplicesq; ferens magno cum fænore fructus,
Summa cultores utilitate beat.
Castalijs ubi fons uberrimus effluit undis.
Humet & amnis ubi, dia Minerva, tuus.
Vnde suos latices Graiæ charitesq; Latinae
Tam placidè cunctis exhibuisse solent.
Plures unde sacri manant quoq; Nectaris haustus,
Ambrosiumq; (Dij potio uestra) iubar.
Cur ego sed tantos cupio perstringere riuos,
Hæc sacra qui Clari j numinis arua rigant?
Ecquis & has ipsas potis est nescire scatebras
Ruris opes quibus hæc fertilitate uigent?

*V*berior

Vberior uenit ex illo quia gurgite uirtus
Mille tibi quam sit quæ memoranda modis.
Est Aganippæis etiam uis maior in undis,
Rustica quam tenui carmine uena refert.
Ast siet hic quis fons, & quali munere diues
Vterioris uersu significabo breui.
Relligiosa cohors doctorum quippe utrorum
Ille sit, hæc reddens arua beata, latex:
Scilicet æthereis irrorans prata scatebris
Germina frugiferis pulchra focillat agris
Riteq; gratifico madefactas rore nouellas
Assidua semper sedulitate fouet.
Tanta, quod est, solers illorum cura parentum
Ad summum ducit pectora plura decus.
Nullaq; totius Sophiæ non dogmata præbens,
Scandere quo possis astra recludit iter.
Candidiore pîj sparso quia semine cultus
Artes ingenuas non sine laude serit.
(Rectæ iuuenilis uelut ornamenta pudoris
Metæq; defesso grata futura seni.)
Enthea tum grauium conans ea turba Sophorum,
Nectoreum dulci fundere uoce melos,
Grataq; morigeræ pangens documenta cohorti,
Abstrusum facili tramite ducit iter.
Basibus ac teneram ualidis cultura iuuentam,
Roborat huic gressus non sine fruge suos.

Imaq;

I maq̃; solertis Logices quum dogmata pandit
E loquij suavis nobile monstrat opus.
L ucet & hæc, quæcūq̃, proprios nutrita per usus,
I nuictis animo nec nisi nota uiris.
S egne sed hoc carmen non singula commoda lustrat
M illeq̃; non numerat commoditatis opes.
A st dictos Sophiæ gnara qui mente recessus,
I ngenuaq̃; suum contigit arte scopum:
R egia magnifici referendo Regiæ triumpho,
V ictoris laudes summa trophæa capit.
V t tu Christifere pars Schüt pachere cohortis
I mmenso tantum nocte labore decus:
S umma tibi partæ retinens encomia laudis,
E x Cyclico nobis orbe Magister ades.
R es sed ut assiduus stetit conatibus illa,
I nnumeras merito sic det honoris opes.
A onidum siquidem castris sacer usq̃; sororum,
N il his esse uago maius in orbe putans,
R ecta tibi clara fundamina ponis in urbe
A sale quæ nomen traxit & arce suum.
S ed mox Brisiaci uisens Musæa Eriburgi
A d Sophiam quæcūq̃; sedulus addis opes.
T unc & in has Ingolstadij deductus Athenas
E xples sic animum dotibus hisce tuum,
N unc ut Apollineus solerti mente Senatus
S oluerit hæc studijs præmia digna tuis.
I d tibi cumq̃; tuis patriæ conducat amatae
S ic precor, exorent sic mea uota Deum.